Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36641
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

principalem et sup principalem diuini patris claritatem. que an
glorie nobis infigurans simbolis manifestat beatissimas ierarc
hias. immaterialibus et non trementibus mentis oculis recipientes
iterum ex ipsa insimplum suum restituimur radium. Hic
manifeste edocet quibus gradibus diuine illuminationis processio
fiat usq; ad nos. et rursum quibus progressionibus mens nra reducat
ad summe claritatis contemplacionem. Diuinum enim lum
primum in anglicam naturam descendit. et ab ipsa reuelationum
bus et demonstracionibus diuinis et mistica sacri eloquii narra
tione ad nram usq; intelligentiam participationem q; se transfu
dit. Mens ergo humana eisdem rursum gradibus ad superna as
cendens. clara diuini eloquii inspectione. celestia secreta.
et iam que in anglis et diuine claritatis illuminationem p
pendit. et equa paulatim inuisibilium agnicionem suc
crescens ad ipsum tandem summi luminis splendorem. con
templandum conualescit. et fit quod in principio dictum
est. ex unum lum ad multa illuminanda se diuidit. ut il
luminata omnia ad uni claritatis aspectum similitudinemq;
reformet. Ipsa cognita ex sacris diuini eloquii traditio
nibus celestium spuum claritate. qualiter hanc cognicionem
summi luminis contemplatio subsequat ostendit dicens.
Et principalem et sup principalem diuini patris claritatem.
que angelice nobis infigurans simbolis manifestat beatissi
mas ierarchias. immaterialibus et non trementibus oculis men
tis recipientes. Ordo uerborum est. Nos recipientes claritatem
diuini patris principalem. et sup principalem oculis men
tis immaterialibus et non trementibus. q claritas manifestat
nobis beatissimas ierarchias. angelice infigurans simbolis
iterum ex ipsa insumplum suum restituimur radium.
Recipientes enim claritatem patris. restituimur. i. refor
mamur iterum. hoc est reductiue conuersi. ad id unde
uenimus. in simplum et radium. ut in uno lumine unum sim